



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Et Conventvi Karrofensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

quandoque turbatus tractare res tuas minus utiliter consueveris, parentes tui te sub simulatione tutelæ occasione infirmitatis hujusmodi tenere aliquoties præsumpserunt, ut bona tua sibi possent liberius vindicare. Vnde cum per quosdam ex parentibus ipsis alienatio tuorum reddituum fuerit attentata, licet incolumitate potiaris ad præsens, metuens tamen ne quod nonnunquam accidit, iterum valeat evenire, à nobis suppliciter postulasti ut dilectos filios de Gresten & de Ardenna Abbates & Priorem sanctæ Barbaræ tibi procuratores concedere dignaremur. Nos igitur attendentes quod inferioribus membris propensiori nos decet studio pietatis adesse, prædictos tibi procuratores duximus deputandos, auctoritate præsentium districtius inhibentes ne quis sine ipsorum assensu tenere te audeat vel bona tua seu redditus tuos quoquo modo damno tractare. Nulli ergo &c. nostræ inhibitionis &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum 11. Idus Decemb. anno decimo.

ABBATI ET CONVENTUI  
Karrofsi.

Epist. 174.  
De confirmatione privilegiorum.

**S**oler annuere &c. usque assensu. Ius quod in abbacia Hamensi noscimini obtinere, Ecclesiam sanctæ Christinæ de Beureria, Ecclesiam sancti Vedasti de Eka, & Capellam sancti Petri, & jus quod habetis in decima parrochiarum Beureria & Eka, terras, domos, decimas, homines, redditus, & alia quæ in eisdem parrochiis & apud Gotnay, Vendin, Sevebenghe, Herfin, Hefdinol, Nod, Wandericourt, Werkin, Seins, Belgin, Bruay, Ruth, Pernes, Perti, Tungri, Pinkeneham, Chokes, Rosbeccam, Meternes, Enefim, & Blesly obtinetis, Ecclesiam sancti Leodegarij Aloannæ, Capellam de Lofinghem, & decimam nutrimentorum prædictarum villarum Aloannæ ac Lofinghem, & terras, prata, redditus, homines, & totam justitiam præfatæ villæ Aloannæ, quæ omnia sunt in diocesis Atrebatensi & Morinensi. In episcopatu Ambianensi villam Bovereces cum Ecclesia, terris, silva, decima, & omni dominio, jus personatus Ecclesiæ, & tertiam partem decimæ totius parrochiæ de Formeries. In archiepiscopatu Remensi villam dominicam cum Ecclesia parrochiali, Capella, decimis, terris, vineis, domibus, hominibus, redditibus, & pratis, Ecclesiam sanctæ Eufrasie cum terris,

decimis, & aliis justitiis vestris quas in ipsa parrochia possidetis, decimam de Corlandin, & quæ habetis in villa de Besaines, & quicquid dominij & justitiæ, census & redditus in prædictis parrochiis & in pertinentiis earum habetis. In episcopatu Belvacensi villam Fraxineti cum Ecclesia, decima, terris, vineis, hominibus, redditibus, & aliis pertinentiis suis, Ecclesiam & quartam partem totius villæ ac parrochiæ & communis justitiæ atque dominij & omnium eventuum & forisfactorum de Audencort, omnem terram Renaudi Bugin, & medietatem terrarum campestrium, & omnem decimam omnium terrarum quæ sunt de tenimento Dominorum de Audencort, & medietatem totius terragij tenimenti ejusdem, & quartam partem totius terræ dominij & justitiæ de Bellencourt, sicut ea omnia justè ac pacificè possidetis, vobis & per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum 11. Idus Decemb. anno decimo.

EPISCOPO SANCTI ANDRÆ  
ejusque successoribus canonicè substituendis  
in perpetuum.

**I**deo sumus ad universalis Ecclesiæ regimen, licet insufficientibus meritis, providentia supernæ dispositionis assumpti ut circa universum corpus Ecclesiæ aciem debeamus nostræ considerationis extendere & fratribus & coepiscopis nostris, tam iis qui propè sunt quam qui longè, apostolicum suffragium exhibere, ne alicui propter remotiorem locorum apostolicæ sedis desit providentia vel tutela. Ea propter, venerabilis in Christo frater Episcopo, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam sancti Andræ, cui auctore Domino præesse dinosceris, ad exemplar felicitis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentis justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuique successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In Fish, Kilmund, cum  
tota

Epist. 175.  
De confirmatione privilegiorum.